



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Niciensi Episcopo, Et Lirinensi claustrali & de Mogenis Prioribus  
Antipolitanæ diocesis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

ALBERTO FERENTINATI  
Episcopo.

Epist. 53.  
Concedimus  
q. idam locus  
pro consti-  
tudo molendino.

**Q**VIA TE, sicut venerabilem fratrem, vinculo sincerae caritatis amplectimur, in his que secundum Deum possumus prompta tibi volumus benignitate deferre. Quocirca, venerabilis in Christo frater, tuis precibus inclinati, locum qui dicitur Molendinum de Papa, cum omni iure nostro, ad construendum ibidem molendinum, tibi & duobus successoribus tuis titulo locationis sub annua pensione unius librae ceræ concedimus; ita videlicet quod post decepsum eorundem successorum tuorum locus ipse cum omni melioratione sua liberè ad Romanam Ecclesiam revertatur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ locationis infringere vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani vii. Kalend. Maij, pontificatus nostri anno tertio decimo.

NICENSI EPISCOPO, ET  
Lirinenſi clauſtri & de Mogenis Priori-  
bus Antipolitanæ dioceſis.

Epist. 54.  
Vt mulierem  
quandam ad  
marituum suum  
redire cogant.

**A**Ccedens olim ad apostolicam sedem R. de Fonte laicus sua nobis conquestione monstrauit quod cum Rixendam filiam Benedicti de Graffia Antipolitanæ dioecesis duxisset legitimè in uxorem, & inter eos fuisset carnalis copula subsecuta, dictus B. in contrarium voluntate mutata, ipsum coram venerabili fratre nostro Antipolitano Episcopo traxit in causam, dictam filiam suam afferens sibi coactam nupsisse. Cujus dictus Episcopus favere cupiens voluntati, probationes ejusdem R. admittere recusavit, cum impetu proferens quod antedictæ mulieri nubendi alij licentiam concedebar. A quo gravamine idem vir ad sedem apostolicam appellavit, præfata inhibens mulieri ne alij viro se præsumeret copulare. Sed dictus pater eandem filiam suam clam, non in facie Ecclesiæ, nihilominus cuidam Bertrando nomine minus licite copulavit. Quare venerabili fratri nostro Vigintimilensi Episcopo & dilecto filio Abbatii sancti Honorati & magistro R. rectori Ecclesiæ sancti Michaëlis Antipolitanæ dioecesis deditimus in mandatis ut inquisita super præmissis diligenter veritate, quod canonicum esset statuere procurarent, facientes quod statuerent per cen-

soram ecclesiasticam firmiter observari. Ad quorum ire praesentiam, sicut eorum transmissæ nobis litteræ continebant, pars mulieris saepius citata contempnit. Accedens tandem post multum temporis intervallum & afferens mandatum apostolicum per suppressionem veritatis obtentum, propuluit mulierem eandem dilecto R. cui coacta nupserat, minus legitimè copulatam, nec interveniente carnalem copulam inter eos, inficiens & improbare contendens quod dictus Antipolitanus probations ipsius R. admittere recularit, & quod præcipitarit sententiam contra eum. Præfato igitur R. probations super omnibus quæ ad obtinendum mandatum nostrum dixerat offerente, ipsi testes receperunt hinc inde. Et quoniam ad multas dilatationes quas dederant ad probandum, & ad unum peremptorium pars non venerat mulieris, cum vellent dicta testium publicare, procurator mulieris ipsius, qui venerat ad alind peremptorium quod assignaverant, appellavit, litteras arguens falsitatis, & bullam volens astruere, quia punctus deerat, esse falfam. Cumque dicti judices appellatione ab eo interposita detulissent, eandem causam cum attestationibus receptis ad nos sufficierem remiserunt instruētam, festum beati Lucae proximò præteritum utrique partem terminum præfigentes, quo cum ipsis nostro se conspectui præsentarent. Nos igitur auditis attestationibus ipsi & plenius intellectis, quia nobis constitutis per eisdem mulieré ipsam in dictum virum suum præstissime consensem, discretioni vestre per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatinus eandem, ut ad virum suum redat & affectui ei adhæreat conjugalium, patrem quoque ac matrem, ne consilium & auxilium ei præstent quod minus revertantur ad ipsum, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Nullis litteris veritati & justitia præjudicantibus à sede apostolica impetratis. Quod si non omnes &c. tu, frater Episcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani vii. Kal. Maij, pontificatus nostri anno tertio decimo.

MONACHIS SANCTI IULIANI,  
& ... Personæ Ecclesiæ sancti Dionysij  
de Ambasia.

**C**VM inter vos ex parte una & Canonicos S. Florentini dioecesis Turonensis ex altera super jure parochiali ejusdem castri per utriusque partis procuratores in nostra præsencia quæstio verteretur, ad